

Contemplatus ita bifariam tempus omne partitus
 es, ut et nostra scribere velles et nichilo segnius
 ad tuorum fastidium pervenires. Quod cum
 multa testentur tum¹ precipue Imperii registrum
 ita priorum incuria² obsoletum ut ad
 neglecti stili rubiginem delegendam flamma-
 ti opus esset eloquio atque ita tua purgatum
 industria ut post te ventur³ distinctum
 ac lucidum relicturus sis quod fuscum et
 incompositum invenisti, pro quo tibi³ quic⁴ tui
 debeant, ipse viderint, multum sane se debere
 fatebuntur si in extimanda virtute non vulgi
 strepitum sed rationis iudicium sequi⁵ volunt.
 Nos certe, ut pro cunctis Italiae Graeciaeque
 viris illustribus, qui sunt, qui quae ullis fuerint
 aut erunt seculis, loquar, memoriam tui nomi-
 nis et clarum immortalis fame praconium
 debemus eoque magis quo minus hac tempestate
 et his locis in tanto tantisque rebus occupato
 animo praeripiam hec specimen sperabamus /
 Locum tempus etas dignitas occupatio fortuna
 infinitum quiddam laudibus tuis addiciunt
 Ipsa tibi rupes Parnasia, si loqui queat, et
 bicipitis montis apex geminus ipse tibi fons
 Castalius et Penei nemoris recessus, ipse
 tibi plectifer ~~Apollon~~ Apollo et virginis Musarum
 chorus gratias agunt et a finibus orbis venientem
 laetum hospitem cum gaudio et reverentia
 suscipiunt summis equantes ingenio

1, cum HS.
 2, in curia HS.

f. 1362
 sp. 2

3) L. Epistulae ad M. J. = 136.17
 4) autographum